ercitum et Lombardie ac Tuscie prestolatur
auxilia. Deinde rex Guidoni appropiat [ingn] [a)] ut illi
fiat formidini, favoris audacie, et Guidonem
interpellans, ut regalibus iussis obtemperet, Ver-
cellas intravit. Annuit Guido. Auxit vero [b)]
tam valide Mediolani dedicio regis famam, ut
omnis Lombardia, Alexandria debita [c)] fidelitatis
iuramenta prestiterint. Bononia vero ad rebelli-
onem se preparat, Padua in proposito mente
vacillat. Tunc Cesar MCCCXI Mediolani in
festo Epyphanie a dyocesano unam sus-
cepit de coronis imperii, quod Modoicia egre
tulit, ubi id fieri consueuit. Parvo post tempo-
re dum cuncta parata videntur, gravis emer-
sit turbacio. Cum enim in regis adhumilla-
cionem hinc Guido, inde Mafeus maiorem sua-
det regio fisco contribucionem fieri, centum mi-
lium florenorum summa taxata est. Quo au-
dito cepit populus palam regi detrahere ser-
vitutem asserens se comutasse, non evasisse et
Theotonicorum importabilem [d)] esse furorem.
Et dum acrius [collectioni?] [e)] instat pecunie,
in pretorii forum ad arma clamantis vox
audita universam faciliter commovit urbem.
Tunc cesaris principes prosilierunt cum su-
is quorum nonnulli ad ~~[illegible]~~ [an]orum [f)] loca

a) appropīat C.

b) ūō C

c) dēta C.

d) -ē- pō [len]

e) coli [te] C

f)? urbanorum? ..anorum C das erste Zeichen undeutlich durch Abspringen der Tinte.